



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

42 Reservatio est duplex specialis, & mentalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

istoritate vacare declarantur, & quorum dispositio Sedi Apostolicæ reservatur, ut factum fuit pro recuperatione Ducatus Ferrariae in processu sub dat. Resm. 11. Kal. Februarii 1597. impresso, & per totam Italiam in ecclesiis solemniter publicato, ut in §. & si aliqui ex moritu.

³⁹ Vigesimosextū t̄ sunt etiam sub reservationibus comprehensa omnia beneficia affecta per manus Papæ appositiōnem, quæ semel effecta semper remanent effecta, & de quibus in declaratio-
ne Pauli II. in Bull. Rom. cap. 4. Caffad. de prab. decis. 23. num. 2. & 4. & Gomes. de infir. resign. q. 13. num. 3. & 4.

⁴⁰ Reservationum effectus est, t̄ quod ad impedient collationes Ordinario-
rum, ut eorum provisiones non tribu-
ant titulum coloratum, Ep. alleg. 16. n.
3. alleg. 103. etiam, num. 3. & Simonet.
de reserv. benef. quest. 38. num. 1. & tunc,
si provisus ab Ordinario spoliatur,
⁴¹ non est restituer dus, cum non habeat
titulum coloratum, quia reservatio in-
ficit titulum, ac possessionem, & in be-
neficialibus restitutio non datur absque
titulo colorato, quia cum titulus sit no-
torie nullus, sola possessio non operatur,
Rota. decis. 3. num. 1. de rest. spol. in nov.
decis. 2. num. 1. in antiquior. & decis. 2. n.
6. in antiquior. Gomes. de trien. poss. quest.
⁴² 49. n. 3. & Olsach. decis. 54. num. 6. & 7.

Reservatio autem est duplex t̄ (pecia-
lis, & mentalis, Caffad. decis. 3. de re-
serv. & Simonet in eod. tract. de reser-
v. benef. quest. 4. num. 1. & sub speciali
comprehenditur etiam mentalis, quæ olim concedebatur, & secundum illius
temporis interpretationem, erat quando
Papa dicebat, quod in mente reservabat

tale beneficium, aut primò vacaturū, vel
in nullius favorem, aut, ut personæ fibi-
gratæ providereret, ut per Caffad. decis. 4.
in princip. eod. tit. de reser. sed sacrum
concilium eisdem reservations menta-
les, & quascunque gratias ad vacatura, ac
indulta ad alienas ecclesiās, vel mona-
steria, mandataque de providendo, &
gratias, quæ expectativæ dicebantur,
concedi, ac tunc concessis uti licere pro-
hibuit, ut in cap. 19. de reform. sess. 24.
facit, cap. 2. de concess. prab. & cap. de-
testanda, eod. tit. in. 6.

Alia est etiam reservatio favore cam-
eræ Apostolicæ facta de omnibus, & sin-
gulis fructibus, t̄ redditibus, & proven-
tibus, ac juribus, obventionibus, & emol-
umentis quibuscunque, que in eodilibet,
& qualitercumq; nuncupatis, omnium, &
singulorum Monasteriorum, etiam con-
fessorialium, & beneficiorum ecclesiastico-
rum cum cura, & sine cura, secularium, &
quorumvis ordinum regularium, Papæ,
& Sedi Apostolicæ, tam per constitutio-
nes Apostolicas, quam cancellariae Apo-
stolicæ regulas editas, & edendas, seu a-
lias quomodolibet, & ex quavis causa ge-
neraliter, vel specialiter reservatorū, seu
affectorum in partib. Italiae, in quib. col-
lectores, & subcollectores spoliorum, &
jurium cameræ Apost. prædictæ esse con-
sueverunt, ac earū civitatibus, & diecelesi-
bus consistentium, per obitum, & alias
quovis modo, præterquam per cessū illa
obtinentium pro tempore vacantium, à
die ipsorum beneficio um vacationis pro
rata temporis, usque ad diem provisionis
de eisdem beneficiis auctoritate Aposto-
licas facienda, de qua per litteras Aposto-
licas sub plumbo, & non aliter debebat.

